accipiens · cū peſſulo quē oſtio
obdiderat · diu multūqȝ luctatus · grauiſſimū circa ſe ſenſit
incendiū : adeo ut veſtē qua
indutus erat · ignis abſump
ſerit · Tande in ſe reuerſus ·
non in fuga · ſed in dn̄o eē
pſidiū : ſcutū fidei et oraciōis
arripiens · medijs flammis
totus ad dn̄m conuerſus incu
buit · Tum vero diuinitus igne
ſummoto : in negro ſibi orbe
flammarū orabat · Monachi
at qui pro foribus excubabat ·
crepitante et colluctante incendio
ſono excitati · obſeratas effrin
gunt fores · demotoqȝ igne ·
medijs flammis martinū au
ferunt : cū iā penitus eē conſūp
tus tam diuturno incendio
putaretur · Ceterū ut verbis
meis dn̄s ē teſtis · michi ipſe
referebat · et nō ſine gemitu
fatebatur · in hoc ſe dyaboli
arte deceptū : ut excuſſus e
ſopno · conſiliū non haberet ·
quo per fide et oratione pi
culo repugnaret · Denique tam
diu circa ſe ſeuiſſe ignē · quādiu
erūpe oſtiu turbatus mente
temptauerit : ubi vero auxiliū
crucis et orōnis arma repetiſ
ſet · medias reſſiſſe flammas :
ſeqȝ tum ſenſiſſe rorantes ·
quas male eēt expertus vrentes ·
Unde intelligat quiſquis hec
legerit · temptatū quidē illo
martinū piculo · ſed pbatū :

Explicit epla ſeneci ad
euſebiu pſbm · · · · · ·

Itē epla eiuſdē ad aureliū
dyaconū de obitu beati
martini :-

Poſtq̄ a me ma
ne digreſſus es
ecum ſolus re
ſidens in cella
la · ſubierat qȝ
me illa que ſe
pius occupat cogitacio · ſpes
futurorū · pſenciumqȝ faſtidi
um · iudicij metus · formido
penarū : et qd conſequens
erat · atqȝ vnde cogitacio to
ta deſſendebat · peccatorū me
orū recordacio · triſtē me cō
fectūqȝ reddiderat · Deinde
cū fatigatū angore animi in
lectulo mēbra poſuiſſem ·
ut plerūqȝ ex meſticiudine
ſolet ſompnus obrepſit : q
ut ſemper matutinis horis
leuior incertuſqȝ ita ſuſpē
ſus ac dubius per menbra
diffundit · ut qd in alio ſopo
re non eueniet · pene vigi
lans dormire te ſencias · Cū
repente ſcm̄ martinū epm̄
videre michi videor · pretextū
toga candida · vultu igneo ·
ſtellantibus oculis · crine pur
pureo : atqȝ ita michi in ea
habitudine corpis formaqȝ qua
noueram videbatur · ut qd elo
qui nobis pene difficile eſt ·
non poſſit aſpici · cum poſ
ſit agnoſci · Arridens qȝ mi
chi paululū : libellū quē de vi
ta illius ſcripſerā · dextera pferebat ·

Ego sc̄a genua eius complex
us · benedictione ꝑ consuetu
dine flagitabā : suppositaq̄
capiti meo manu · tactu bla
dissimo senciebā · Cum m̄
benedictiōis uerba sollepnia ·
familiare illud ori suo crucis
nomē iteraret · mox lumīb̄
intentis in eū · cū exsaciari
vultu illi9 conspectuq̄ non
possem · subito michi ī sub
lime sublatus eripitur · do
nec immensa aeris illius vasti
tate · cum tamē rapida nube
subuectum acie sequeretur ocu
lorū : patenti celo receptus ·
uidei ultra non potuit · Nec
multū post · scm̄ presbiterū
clarium discipulū illius q̄ nu
per excesserat · video eandē
quā magistrū via scandere ·
Ego impudens sequi cupiens
dū altos gressus molior et
conitor excussio : somnoq̄
excitatus · congratulari cepe
ra visiom · Cū ad me puer
familiaris ingreditur : solito
tristior vultu loquentis paiter
et dolentis · Quid tu tam
tristis inquā loqui gestis ?
Duo inquit monachi a tu
ronis affuerūt : domnū mar
tinū obisse nunciant · Con
cidi fateor · oborttisq̄ lacrimis
fleui uberrime : quin etiam
nū hec ad te fratr scribim9 flu
unt lacrime · nec vllū impaci
entissimi doloris admitto so
lacium · Te vero ubi hoc nū
ciatū ē · particepē ēē volui luctus
mei : qui eius socius amoris ·
Veni ergo ad me statim ut
pariter lugeamus · quē pariter
amabamus : q̄q̄ sciam virū
illū non ēē lugendū · cui post
euictū triumphatūq̄ seculum ·
nūc demū reddita ē corona
iusticie · Sed tamē ego non
possum michi imperare quin
doleam · Premisi quidem
patronū : sed solaciū vite pri
us amisi · Et si racionē ulla
dolor admitteret : gaudere
debere · Est ēī ille consertus
aplis ac ꝓphetis : et qd̄ pace
scorū om̄ dixerim · in illo
iustorū grege · nulli secundus
ut spero · credo · confido : illis
potissimū qui stolas suas ī
sanguine lauerūt aggregā
tus · agnū ducē ab om̄i inte
ger labe comitatur · Nam
licet ei racio temporis non
potuerit ꝑstare martirium ·
gloria tamē martiris non
carebit : q̄r voto atq̄ virtute
et potuit ēē martir et vo
luit · Qd̄ si ei neronianis
decianisq̄ temporibus · in illa
que tūc extitit demenie con
gressione licuisset · testor de
um celi atq̄ terre · sponte e
culeū ascendisset · vltro se ig
nibus intulisset : hebreisq̄ pu
eris equaclus · inter flamarum
globos · media licet ymnū
dn̄o in fornace cantasset · Qd̄

si ysaianum illud supplicium
persecutori forte placuisset: num-
quam perfecto impar prophete · serris
et laminis desecari membra ti-
muisset · Ac si preruptis rupibus
abruptisque montibus agere felicem
furor impius maluisset: per
hoc confisus testimonium
veritatis · sponte cecidisset · Si
vero gencium doctoris exem-
plo gladio deputatus · inter ali-
os ut sepe provenit victimas
duceretur: primus omnium car-
nifice compulso · palmam sangui-
nis occupasset · Jam vero
adversus omnes penas atque sup-
plicia · quibus plerumque huma-
na cessit infirmitas · ita a
confessione domini non recedens
inmobilis obstitisset: ut letus
ulceribus congaudensque crucia-
tibus · quelibet inter tormenta ri-
sisset · Sed quamquam ista non tu-
lerit: implevit tamen etiam
sine cruore martirium · Nam
quas ille pro spe eternitatis
humanorum dolorum non pertulit
passiones? Fame · vigiliis ·
nuditate · ieiuniis · obprobriis
invidorum · insectacionibus im-
proborum: cura pro infirmantibus ·
sollicitudine pro periclitantibus ·
Quo enim ille dolente non
doluit? Quo scandalizante
non ustus est? Quo pereunte
iste non gemuit? Preter
illa cotidiana · illius adversum
humane spiritalisque nequicie
diversa certamina · dum in
eo variis temptacionibus appe-
tito semper exsuperat for-
titudo vincendi · paciencia
expectandi: equanimitas susti-
nendi:

O vere ineffabilem virum ·
pietate · misericordia · caritate:
que cotidie etiam in sanctis viris ·
seculo frigente friguit · In
illo tamen usque ad finem aucta
in dies perseveravit · Quo ego
illius bono vel specialiter fru-
itus sum: cum me indignum
et non merentem unice dili-
gebat? En rursus lacrime
fluunt: vnoque de pectore ge-
mitus erupit · In quo mi-
chi post hec homine similis
requies? In quo erit tacita-
te solacium? Me miserum:
me infelicem · Potero ne
umquam si diutius vixero non
dolere: quod martino super-
stes sum? Erit post hec vi-
ta iocunda? Erit dies aut
hora sine lacrimis? Aut te-
cum fiat dilectissime potero
illius mencionem habere sine
fletu? Aut umquam loquens
apud te · aliud quam de illo loqui
potero? Sed quid te in lacri-
mas fletusque commoveo? Ec-
ce nunc consolatum te esse cupio:
qui me consolari ipse non pos-
sum · Non deerit nobis ille:
michi crede non deerit · Inter

eit de se sermocinantibz asta
bit orantibz. Quodqz iam hodie
prestare dignatus est. videndum
se in gloria sua sepe prebit:
et assidua sicut dudum ante paulu
lum fecit benedictione nos pro
teget. Inde secundum ordi
nem visionis quam celum
sequentibus se patere monstra
uit. quo sequendus esset edo
cuit: quo spes nostra tendenda.
quo animus dirigendus in
struxit. Quid tamen fiet fra
ter? Ego michi ipse sum
conscius. conscendere illud
arduum ac penetrare non po
tero. Ita sarcina molesta
me pregrauat: et peccati mo
le depressum. negato in astra
tra conscensu. seua misera
bilem ducit in tartara. Spes
tamen superest illa sola. illa
postrema: ut quod per nos
obtinere non possumus. sal
tem pro nobis orante marti
no mereamur. Sed quid
te frater diutius occupo. e
pistola tam loquaci: demo
torque venturum est. Simul iam
pagina impleta non recipit.
Michi tamen hec fuit racio
sermonem istum longius pro
ferendi: ut que doloris nun
cium epistola deferebat. eadem
tibi ex quadam nostri confabulaci
one prestaret certa solacium.

Explicit epistola seueri ad
aurelium dyaconum. Incipit
epistola eiusdem ad socrum suam
bassulam de transitu sancti martini

SEuerus sulpi
cius bassule pa
renti venera
bili salutem.
Si parentes
in ius vocari
liceret: te pla
ne compilacionis furtique ream
ad pretoris tribunal iusto loco
traheremus. Quid enim est? Non
conqueror. quam a te pacior in
iuria est? Nullam michi domi car
tulam: nullum libellum. nullam
epistolam reliquisti. Ita furaris
omnia. ita vniuersa diuulgas.
si quid ad amicum familiariter
scripsi. si quid [illegible] forte dum
ludimus. quod vellem tamen oc
cultum esse dictaui: omnia ad te
prius pene quam fuerit scripta
aut dictata peruenerunt. Num
tu obcaratos habes notarios
meos: per quos tibi nostre in
epcie publicantur. Nec tamen
aduersum eos possum moueri
si tibi parent. qui in ius tuum
ex tua potissimum liberalitate
venerunt: sed adhuc tuos quam
meos esse meminerunt. Tu sola
es rea. tu sola culpabilis. que
et michi insidiaris. et illos
fraude circumuenis: ut sine de
lectu vllo familiariter scripta.
aut negligenter emissa. illa
cubrata tibi penitus atque impo
lita tradantur. Nam ut de
reliquis taceam: rogo quemadmodum

explicit epistola seueri ad aurelium dyaconum. Incipit epistola eiusdem ad socrum suam bassulam de transitu sancti martini.